UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum, Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

De Clerico Medico chirurgo exercendo suam artem, & occidente, n. 532.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

Visual Library

luntarium, opere illicito inducere irregularita-
tem.

℞. Furem non committere homicidium vo-
luntarium, ſed merè caſuale; adeoque non ob-
ligari ad aliquam reſtitutionem ratione homi-
cidij, ſed neque incurrere irregularitatem. l
Communis. Ratio eſt: quia licet exerceat, a-
tionem illicitam (abducendo equum furtivum)
illi tamen per ſe non eſt annexum periculu
homicidij, & ſi eſſet, illud diligenter præcavi
ergo homicidium indè ſecutum fuit ipſi om-
nino involuntarium & inculpabile, ac conſe-
quenter non obligatur ad ullam reſtitutionem
nec incurrit irregularitatem, cum tanta pœn
non incurratur absq. ulla culpa. Unde ad ratio-
nem dubitandi ℞. Irregularitatem non incurri
niſi in caſibus jure expreſſis: eſt enim res odioſa
atqui in jure non exprimitur caſus furis præte
intentionem parvulum vel ebrium conculcan-
tes, ſed ſolum ille, quo actio aliqua illicita
prohibita eſt in jure, hoc ipſo, quod ſit perico-
loſa ad homicidium cauſandum: exprimitur
autem in jure caſus Chirurgi per ſectionem va
aduſtionem, de quo ſit ſpecialis

CONFERENTIA. XCII.

C*Ap. ſententiam. Ne Clerici, vel Monachi*
532. propter indecentiam ſtatus, & periculum
mortis inferendæ prohibetur; *nec ullam Chirur-
giæ artem Subdiaconus, Diaconus vel Sacerdos e-
xerceat, quæ uſtionem, vel inciſionem inducit.* Qu
ri

ritur ergo, an Clericus, vel Monachus in ſacris conſtitutus, exercens chirurgiam per ſectionem vel uſtionem [etiam omni adhibita diligentia, ne mors ſequatur, ſi ea nihilominus ſequatur merè caſualiter] fiat irregularis.

℞. *Ex Patrit. cum comm. DD.* Affirmativè. Ratio eſt: quia licet hoc non ſit verè homicidium contra quintum præceptum, cenſetur tamen homicidium ex interpretatione juris, ob reverentiam divinorum ad irregularitatem ex homicidio incurrendam ſufficiens, propterea quod commiſſum ſit contrà expreſſam prohibitionem juris.

CONFERENTIA. XCIII.

QUidam Sacerdos, ingraveſcente per urbem peſte, plurimorum apoſtemata incidit, ex arte, curavitque ea felicitate, ut multis centenis hominibus vitæ & ſanitati reſtitutis, duo tantum obierint: an & hic irregularitatem incurrerit. 533.

℞. *Cum Molin. tom. 4. tr. 2. diſp. 57. n. 3.* non incurriſſe. Ratio eſt caſus urgentis neceſſitatis, quando ſcil. abſente laico perito jus naturale, & lex charitatis exigebat mederi Clericum in ſacris conſtitutum: nec enim lex poſitiva Eccleſiæ debet præjudicare juri naturali, & legi charitatis.

CONFERENTIA. XCIV.

INfirmarius bona fide præbet infirmo poſtu- 534

 lan-